

ignorantia nostrae tenebras nobis ostendunt viam ingrediendam, ut ad beatam felicitatem perveniamus secundum illa Prophetarum verba: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.* Interiores hi radii, insulae hae boni, malique cognitiones; haec prima disciplinae naturalis principia, eadem sunt apud omnes terrarum populos. Nam licet differant inter se Religiones, fundamentum, in quo sita est haec Religio varietas, idem est, ac apud Christianos; & si tot absurda, necnon tot oppositiones inter varias religiones occurrunt; amoris proprii corruptio variavit, ut ita dicam, diversos hinc cultus, rationi incumbentes, Specimina Sermonum in dies Dominicae post Pentecosten, Sermo- ne 23.

Inevitabile nobis imminens malum, nisi cum nostra conscientia convenimus, hoc est, quod in morte tradet nos Judici, qui est JESUS CHRIS- TUS. Illa nos arceat, diem nobis dicet, & con- stituet Reos pro Tribunali ejus; ipsa contra nos actio, atque testis obibit officia; ipsa nos simul accusabit, & invidis rationibus evincet; simulque secundum illius testimonia, & probationes judica- bimus. Sed dubitare non possumus, quominus ex hoc judicio relatura sit sententiam sibi favorabi- lem: quippe testatur Evangelium non propter illius testimonium tradendos esse torribus, & tradendos in carcerem. Eo igitur momento, quo con- scientia contra nos tulerit testimonium, sine ulla provocationis spe, condemnabimur, ac trademur in aeternum Angelis divinae justitiae ministris. Quoniam esset dementia nolle in praesentiarum consentire cum adversario, qui aliquando ante JESU CHRIS- TI tribunal adeo terribilis nobis futurus est? *Ego consentiens adversario tuo cito... ne forte tradat te adversarius judici.* & *index tradat te ministro, & in carcerem mittatur.* Carceris nostri poena non est ad statum tempus duratura; toto caelo superabit, quid- quid nobis statuta fuisset sententia cum adversario, cum adhuc res erat in nostra potestate. Adhuc tenens est; hoc quoniam primum auspicium; haud cunctanter eodem utamur, si sapiamus: *Ego con- sentiens adversario tuo cito, P. Segneri in Medita- tionibus.*

Explorata, atque comperita nostrae conscientiae au- thoritate apud supremi Judicis tribunal, nemo est, qui illius non expectet suffragium. Sed quomodo- nam hoc bonum conscientiae testimonium possumus obtinere? Id fiet sane conando illam in rem

nostram pertrahere, non adtem inanibus subtilita- ribus illam impediendo, ut nostra agendi ratio tam- quam justa probetur. Nequaquam; ad conscientiam spectat consensio pacta proponere. Illius est regere universa; nostrum autem est sequi intentiones illius. Illa nos comitatur, & in viam aeterni- tatis deducit: nostrum igitur est sequi lumina ejus, & vocem audire. Sed vocem hanc que nos erudit, quae nobis officia nostra, nostrisque erroribus aperit, quoties adnisi sumus, non audire, & in cordibus nostris suffocare? *Qui declinat aures suas, ne audiat Prov. 21. legem, oratio ejus erit execrabilis.* Conscientia lex est, & regula vitae, quam digitus Dei in cordibus nostris insculpsit. Si autem oratio declinat aures, ne legem audiat, execrabilis est, quid erit conantis Divinam hanc legem coarctare, ut sua per illam flagitia probentur? Tamen non semper audiendi sunt conscientiae stimuli, non nonnisi post factum sentiuntur. Quod pertinet ad animas pavi- das, quae mille ad examen revocantes ea que faci- unt, inquietae locum praebent scrupulis infinis. Sed ubi loquitur conscientia, antequam agamus, vult semper audiri, saltem, ut deliberandi tempus assumatur. Huic etiam attentiores nosmet prebere debemus, cum vox illius nostris clamoribus anima- tur; tunc enim aperius liquet, non sine causa admoneri. *Idem.*

Quodnam hoc mihi erit spectaculum, & quid mihi dicendum erit? Quidquid asserere vellem, in- surgeret in me conscientia mea, & mendacii me redargueret. Ipsa quippe consentiet cum Deo, ut me infidelitatis insimulet; & ex invito extorque- bit tristem hanc, brevemque, sed crudelissimam confessionem, *peccavi.* Cur modo hoc non dico? Cum fructu nunc illud dicerem: Cur id coram Deo, humilis poenitentiae sensu non dico, ne hoc ipsum fateri teneat pro tribunali ejusdem ad mor- talem desperationem adductus. Cur me non praeco attentorem exprobrationibus conscientiae meae; cur secundum Jesu Christi consilium, eam delinere non satago, cito consentiens cum illa, ne illa me ju- dici tradat? Postquam illi satisfecero, fiet mihi Orator coram Deo; offendet illi poenitentiam, sin- ceramque dolorem meum, mea bona consilia, & salutaris effectus, qui illa fuerint consecuti. Dele- bit illa de libris aeternae justitiae, quidquid in iis scriptum erit contra me, omniumque criminum meorum veniam obtinebit. *Ex spirituali recessu Pa- tris Bourdaloue.*

Conscien- tia mortis momento tradit ju- dici peccatorem.

Merit. 5.

Conscien- tia nostris stimulus coram Deo evi- tate non possumus.

CONSUETUDO, MOS.

Tyrannicum Consuetudinis Imperium; servitus eorum, qui eidem obsequuntur, etc.

MONITUM.

Consuetudinis nomen aequivocum est; nonnumquam enim significat habitum virtutis alienius, aut vitii, veluti cum dicimus, alicui jurandi inesse consuetudinem, vel alicui labori assuetum esse ab adolescentia; aliquando vero hoc nomen usurpatur ad usum illum significandum, qui ali- quo in loco, & apud aliquas gentes percrebit; veluti cum dicimus: haec est consuetudo in- duendi. In posteriori hac significatione istuc accipimus consuetudinem, quae norma est, quam ple- rique fidelium sequuntur. & secundum quam praecipuas vitae suae regunt actiones. Verum du- bitari non potest, quominus, cum haec consuetudines pravae, & periculose sint, maximis sceleribus originem praebant; ideoque neque ambigere fas, quin boni Concionatoris sit omnes nervos intendere ad eas evellendas; quippe illi persuasum esse debet, hac ratione securi radicem arboris obruncari, atque viam interdicti vi- tii, atque criminibus, quae impune orbe toto grassantur.

Necessarium esse non reor admonendum, a nobis verba fieri de mala consuetudine tantummodo genera- tim, quin aliquam peculiariter impugnemus; tot enim sunt, quot vitia, quae varia Concionatoribus sus- pendentur argumenta, de quibus singillatim suo loco dicendum. Illic vero notandum, argumentum istud ma- guam habere cum humano respectu rationem, qui efficit, ut sequamur consuetudinem, non digito notetur, vel trideamur, nisi eidem conformemur. Denique non abhorret etiam a pravarum societatum frequentia, in quarum more, actionesque facile abimus. Haec tamen cura nostra versabitur, ne varia haec argumenta con- fundamus, & ne ex aliis mutuemus, quod huic valeat intervenire, cum per se maxima rerum copia diffuset.

PARAGRAPHUS PRIMUS.

Varia Concionum hujus argumenti structura.

Comunis sententia est, pluribus in rebus consuetudinem vim legis habere, atque ab eadem recedendum non esse; quod quidem habere locum nequit, nisi in li- citis, honestisque ritibus, & iis quae Reipublicae ur- lilia esse censentur, cui privatus quisque prodesse pro viribus debet. Hoc tamen minime prohibet, quominus in vitis atque sceleribus ex perniciosis- simis consuetudinibus quaedam fiat lex: sed tunc lex haec injusta est, lex turpis, lex dura, & tyran- nica, cui ultra obsequuntur, qui consuetudinem pro vite suae norma suscipiunt. Legis hujus injusti- simum innotescit, eo quod nos impellit in vi- tium, cui nulla vis, nullum imperium, nulla hu- mana lex, nos addicere possunt. Neque deest tur- pitudine praesertim vero apud Christianos, qui li- bertate filiorum Dei gaudent, eamque summa fe- delitate tueri tenentur: haec enim lege, mundi, peccati, & mox etiam demonis mancipia sunt. Illius tandem aevitia, atque tyrannica, potestas patet ex molestis iis rebus, quae exigit; & ex iis tormentis, quibus mundi factatores excruciat. Hec esse potest concionis partitio.

Quod ad primum punctum attinet, legis hujus per consuetudinem irrogata potest offendi injuri- tia: 1. In ipso ejusdem principio, & origine; quan- doquidem ex errore ortum suum ducit Tertullia- no teste; primum quidem ex ignorantia; deinde vero ex licentia, vel alio quopiam defectu, qui statim minus acer est, & magis simulatus, sensim sese insinuans, & obrepans, cui aniam praebet mul- titudo, quem sovet impunitas, & qui tandem per Magistratum negligentiam, & inertiam eorum, qui malum in ipsis incunabulis opprimere possunt, convalescit, & confirmatur. 2. In seipsa; quia op- posita est legi naturali, recte videlicet rationi; legi Divinae, & Evangelicae: contra quas leges nulla humana lex, statutum nullum ab hominibus excogitatum, nulla conventio inter homines inita potest praescribere. Ad haec donec lex positiva huma- na, sive Ecclesiastica sit, sive civilis, in cuius et- iam contemptum saepe consuetudo mala invehitur, nihil remiserit, & auctoritas humana legitima vere eidem adversari perstitit, prava consuetudo hac e- tiam de causa est vera rebellio. Sin aliquo juri vel naturali vel divino minime opponitur, fieri poterit, ut Legislatores aliqua tandem utantur in- dulgentia, & tunc vim obtinebit: sed toto eo tempo- ris spatio, quo convalescit, & roboratur per justae po- testatis contemptum jugiter reclamantis, semper est criminosa. Haec una de causa, si ceterae absint, ex se non aliud est quam temeraria usurpatio, ac tumultuosus usus seditiosae auctoritatis, quam sibi ar- rogat multitudo, quae tantum abest, ut jure pro libidine legis irrogare possit, quod immo regimine indiget & corrigenda est legibus superioribus, quae illam in officio contineant. Denique consuetudo constituta per consensum, vel explicitum, vel tacitum multitudinis bona esse potest, & vim legis obtinere, ubi nulli legitima auctoritati adversetur; ac de hoc istuc sermo non est: sed prava est, & nulla tolerantia, vel malo exemplo probari pote- rit, ubi simul vel naturali legi, vel divinae oppo- nitur. 3. In effectibus suis, quia auctoritate sua probat scelus, quod ex se iniquitas est, ac injusti- tia, & recentibus etiam criminibus aperit viam. Janua aperta adducit ad alteram, quae statim & ipsa aperitur. Multitudo, quae hac omnia consti- tuit, nullam habet regulam, de licentia in licentiam progreditur &c.

Punctum alterum. Haec consuetudinis lex chris- tiano viro non potest non turpis esse. 1. Quia il- lum efficit profugum a JESU CHRISTO, cujus leges, atque praecipua quae in baptismo fuerat am- plexus, audent rejicere, ut Mundi sequatur consue- tudines, quibus adeo soleminiter renunciaverat; at- que ita ostendit, se diligere mundum, se illi ad- haerere, se illi placere velle; & quemadmodum nemo potest duobus Dominis servire, ubi palam man- do inservit, illi obsequitur, ejusque leges sedatur, palam quodammodo profutur, se non esse am- plius servum Salvatoris hominum: Si hominibus placere, Christi servus non essem. Ad Gal. 1. 2.

Quia haec eadem lex homines facit servos peccati, ut loquitur Apostolus: mundi enim consuetudines eas semper intelligimus, quae nefariae sunt, & per- niciose. Ita quemadmodum Sanctus Paulus concu- piscentiam appellat legem peccati, quae erat in mem- bris suis, & quae ipsum captivabat, quod ad peccatum sollicitabat: nos hoc ipsum dicere possumus de consuetudine, quae est mundi lex; illam vide- licet legem esse peccati, ad illud enim nos quo- dammodo pertrahit. 3. Haec necessaria illatione ho- mines efficit servos demonis, quem Dei Filius mundi Principem vocat. Itaque hic etiam suas habet leges, quae irrogat subditis suis; & haec leges sunt consuetudines, per quas dominatur mundo, & quibus, qui mundum sequuntur, sese submitte- re tenentur tamquam illius mancipia sub detestabi- li tyranni jugo posita.

Punctum tertium. Lex est gravis, atque mole- sta, qua saepe cogimur agere contra studia nostra, contra rationis nostrae lumina, contra stimulos con- scientiae nostrae: verumtamen non audemus eidem resistere, neque torrenti consuetudinis obducari. Hic describere possumus eos labores, eaque tor- menta, quae patimur, ut nosmet accomodemus variae induendi consuetudini, quae quotidie immu- tatur. Cum plerumque non suppetat unde necessa- riis vitae sumptibus supplescamus, volumus tamen, immo debemus emulari eos, qui ejusdem sunt ordi- nis, & conditionis in illis, quae ad familiam, suppellectilem, victumque spectant: hic enim est consuetudo; huic conformari debemus. Cum Rei- publice calamitas aliqua vedigal, vel tributum praeter ordinem nobis infligit, facere minime possumus, quominus in querimonias, & murmura erumpamus; verumtamen si recens aliqua indumentorum prodeat norma; si consuetudinis lex effusiores sumptus efflagitet, ne hiscere quidem audemus: & licet nobis integrum sit nobiscum dispensare, hoc tamen facere nemo audeat. Quae unquam lex durior, quae servitus molestior! O beatos illos, qui- bus tanta constantia inest, ut libertate filiorum Dei perfruantur.

Nobis etiam pro concionis argumento assumere possumus provinciam diluendorum trium inanum pretextuum qui vulgo afferuntur ab illis, qui mun- di sequuntur consuetudines, & putant sese illis con- formare debere.

Primus: Rem esse difficilem, ne impossibilem dicam, vivere in mundo, & a mundi vita abhor- rere. Non aliud nobis inesse temperamentum, quam aliis: neque non magis quam alios mundi illecebris resistere posse. Ut ostendamus hujus pretextus in- iquitatem, atque falsitatem, mundi hujus consue- tudines in duas veluti classes sunt distinguendae. Pri- mum in eas, quae honeste, atque decore sunt jux- ta ideam aequam, & rationabilem, licet arbitratiam cujuscumque regionis; & quae factae sunt quodam- modo necessariae ad ususque loci societatem civilem servandam. Secundo in eas, quae vel invehunt morum licentiam, vel eidem suffragantur. Prioribus nosmet conformare non prohibemur; & Deus, qui non imperat, ut a mundo recedamus, per consequens nobis permittit, ut ejusdem leges, & consuetudines sectemur, eas videlicet, in quibus nihil pravi est, vel quae sunt indifferentes. Sed in iis consuetudinibus, quae ad crimen adducunt, nul- lus esse potest legitimus pretextus se ipsam subji- ciendi, quemadmodum nullus esse potest peccatum committendi, vel amandi vitium; alterum enim ne- cessario ex altero consequitur.

Secundus: Neminem credere se male agere ea facientem, quae in communi usu sunt posita. Pre- textus hic supponit per usum, & consuetudinem licitum fieri, quod in se criminiosum est, ac di- vina lege prohibuit. At hic ipse pretextus acriter refellendus est; ipsa luce clarius ostendendo nullam consuetudinem auctoritate sua probari posse, quod per se vitiosum est, vel palam ad vitium adducit.

Tertius: Licet praeter aliis, nostris studiis, nostro- que ingenio dominari possemus, neminem velle ta- men in populo solum esse, qui digito notetur, at- que censuratur, & irrisioni eorum obijciatur, qui ali-

II.

aliter vitam instituunt; verbo, iis, qui in eadem societate vivunt, vitam esse debere conformem ad pacem cum aliis servandam; alioquin fieri non posse, quin aliorum odium, atque contemptum subeamus. Prætextus hic probaret, oportere improbos, & vitiosos esse, quia alii tales sunt, & generalem corruptionem esse sequendam; quod ex se corrui.

III. Tres sunt apertissimi nostræ salutis hostes, cum quibus nobis decertandum, & quibus nulla unquam est habenda fides, & a quibus nos diligenter tueri debemus; mundus videlicet, caro, & Dæmon, quæ in re ostendi potest.

1. Pravam consuetudinem sua auctoritate probare, quod mundus facit, quia ille nos nequaquam seducit nisi malis exemplis, quæ nostris oculis obijcit, & pravis consuetudinibus, quas ipse constituit, & ad quas sequendas nos etiam invitat.

2. Consuetudo id insinuat, quod suggerit Dæmon: hic enim consuetudine utitur, ut nobis tanta solatia, tales voluptates, atque mores persuadeat.

3. Consuetudo novas addit illecebras iis omnibus, quæ carni, sensibusque blandiuntur. Hæc concisionis structura desumpta est ex Hugone a Sancto Victore.

IV. Pars prior. Ostendere possumus vim atque imperium prave consuetudinis, quæ sæpe ratione ipsa, veritate, & fide potentior est, ita ut negligantur, & contemnuntur tres istæ regulæ quas nobis tradidit Deus, ut ad eam normam vita nostra componeretur; & præsertim nobis sequi aliorum exempla, & consuetudines, quas constitutas invenimus.

Pars altera. Quænam vero est ratio perniciosas hæc consuetudines abolendi, ac efficiendi ne ab illis rapiamur? Hæc est, ut ratione utamur ad periculum agnosendum; veritate ad intelligendum vitam, quam sequi debemus; & fide, ut hanc tamquam actionum nostrarum ducem, normamque sequamur.

V. 1. Prava consuetudo ortum habet a crimine, quod sensum invehitur: at postquam constituta fuerit, hoc ipsum crimen sua probat auctoritate, & illud excusat.

2. Multitudo, atque ingens mortalium numerus efficit consuetudinem; sed hæc ipsa causa est, quod crimina sunt frequentiora, atque in infinitum augentur.

3. Consuetudo sceleris aufert deformitatem, & illius committendi verecundiam: & hæc ipsa de causa illud efficit periculosius, quia spem omnem generatim aufert, fore ut ex tota multitudo malum adeo inveteratum auleratur, cuius illud additamentum est ipso malo pejus, quod videlicet minus e penditur; atque fore ut ab ea consuetudine privati avertantur, qui nihil ibi inveniunt, quod in pretio minime habeatur.

VI. 1. Mala consuetudo perennis est fons peccatorum, qui nunquam exhauritur, & a quo nos semper magis rapi patiemur.

2. Prætextus est, qui tantum abest, ut nos excuset, quod immo nocentiores efficit coram Deo, quandoquidem cum minime velimus de rebus iudicium ferre ex nobismetipsis secundum rationem, quam Deus tradidit nobis, cumque alios Iudices sequi cupiamus, malimus turbam sectari, quam autem præbere Scripturis, atque voci Ecclesiæ divinæ, per quam non cessat nobis aptissimas exhibere regulas ad nosmet præmuniendos, atque illuminandos.

VII. Pandum primum. Hoc malum publicum est, & commune, quod non ideo tamen cuilibet singillatim minus adfert detrimenti, simile pesti, & contagioso morbo, qui eo magis est metuendus, quo vulgarior.

Pandum alterum. Hoc malum est pro nobis particulariter in hoc eodem sensu magis extensum, magisque populosum, quæ parit, revocans, ut nos earum simus reddiduri rationem, quia illas & exemplo, & suffragio probamus, quia quotidie errorem aliis prædicamus, quia eos omnes, a quibus videmus, in eundem errorem invitamus, & quia, quantum in nobis est, causa erimus, ne consuetudo hæc in sequentia sæcula propagetur. Quorum igitur malorum nos ita participes facimus!

VIII. Prava consuetudo ex S. Ambrosii sententia, est 1. Causa cæcitatibus peccatoribus, qui se non errare putant eadem se esse conformantes.

2. Causa confusionis Ecclesiæ, quæ filios suos vitiosis, sceleribusque additos videt, & quæ terr-

rum orbem a se mutatum, atque conversum, in pristinum statum redeuntem intuetur.

3. Causa tentationis animabus iustis, quæ urgentur, ut in partes validiores, ac frequentiores secedant. Ex morali Dictionario.

1. Facere, quod facit vitiosum vulgus, ejusque nefarias consuetudines sequi, magna est mentis infirmitas, vel, dicam melius, insania mera. Hoc in priori puncto videbitis.

2. Pravas has consuetudines sequi, & sese conformare multitudinē, quæ flagitiosa est, hæc major est cordis corruptio: hoc enim est quærere scelerum suorum impunitatem in multitudinē iniquorum, atque ita cum illis societatem inire, magis lætari ob malum, quam si soli hoc patremus, gaudere, quod vitium plurimos habet sectatores, exultare, eo quod hic prætextus suppetat ad conscientiam stimulos evitandos, atque ita quotidie magis in pejus ruere. Ubi enim nulli amplius sunt stimuli, cor est omnino corruptum.

1. Quantum sit malum, pravam consuetudinem invehere; ita enim rei sumus omnium scelerum, quæ ab illam frequentibus perpetratur.

2. Quanti interest eidem celeriter oblectari, ne deinceps malum fiat incurabile. Interest charitatis, nisi ad id aliunde teneamur: interest iustitiæ, si publicam personam gerimus, vel si nos ipsi huic periculo contulimus aliquid. Ex eodem.

Christiani tres in classes dividi possunt, Sanctus quidam vir ait, cujus scripta inter S. Bernardi opera circumferuntur. Primi quidem sunt spiritu rudes & crassi, qui Christiani vocantur, eo quod Baptismate sacro abluti sunt, & extrinsecus id faciunt, quod veri Christiani, sed neque fide reguntur, neque charitate inflammantur. Secundi majori lumine pollent, & majori cognitione sciunt, quod facere tenentur, sed adhuc in ambiguo versantur; vitium quidem improbant, sed illud omnino non deserunt. Hi sunt femichristiani adhuc fluctuantes, atque nutantes. Tertii illi sunt, qui fideliter suis persequantur officis, & qui nunquam ab iisdem recedunt. Certum est autem pravas consuetudines omnibus detrimentum asserere.

1. Primos secum trahunt, qui hinc obnitantur quidem.

2. Alios impellunt, ut certi consilii potiore sequantur numerum, & putent nihil sibi ab illis esse metuendum.

3. Tertios denique quatunt, ac nutantes efficiunt. Nihil in Christianismo minore habere debet auctoritatem, quam pravæ consuetudines, quandoquidem omnes Sancti, verique Fideles semper contra easdem inveci sunt. Hoc ostendendum est plurimis auctoritatibus, atque exemplis, quæ validam impressionem efficiant.

2. Mala consuetudo per consequens, nonnisi falsam pacem, fidamque conscientiam securitatem tribuere potest illis, qui hoc tenentur, ut in sceleribus suis volentur. Peccator jam nutans, & labens iugendus est, ut contra fallaces has præventiones suffragium ferat; eique infelix ista confidentia est auferenda.

Ita vivitur, inquieti mundani. Quomodo separari possumus a turba, a qua trahimur? Deinde vero nobis cum mundo esse agendum; quomodo vero semper vitam ducere possumus oppositam mundo? Vivendum est, ut alii vivunt. Ut horum propositio melius intelligeretur, addere etiam possent, opus esse, ut damnentur cum iis, qui damnantur. Falsa hæc sententia diluenda est, atque huic opponenda alia dux.

Prima. Vivendum est cum iis, qui bene vivunt; non debemus velle omnibus interesse societatis, omnibus gaudere solatiis, omnibus implicari negotiis, immo neque omnia mundi regulas, omnesque mores sequi, sed paulo remotiorem vitam vivere cum iis, qui vitam decant sanctorum.

Altera. Bene viveamus cum iis etiam, qui male vivunt; sublimes virtutes exercere debemus, ut nosmet præmuniamus, atque eidem consuetudinis torrenti nosmet opponamus, ut spem auferamus nosmet secum trahendi illis, qui in interitum abeunt, ut eos revocemus, & periculum præbeamus illis, qui eosdem vellet effugere. *Poterit in Pesse tom. 4. de Mesu sese in Mundo distinguendi sancto vivendi genere.*

IX.

X.

XI.

XII.

XIII.

P. A.

PARAGRAPHUS II.

Fontes, atque Auctores, ex quibus hauriri copia potest ad propositas Consonum structuras elaborandas.

S. Basilii.

S. Anstus Cyprinus in Epistola ad Donatum plurima habet hujus argumenti.

Idem in libro de spectaculis ostendit malas consuetudines tribuere vitiosis patronos, & defensores.

Tertullianus libro de velandis Virginibus ostendit pravas consuetudines oriri ex simplicitate, ignorantia, & ex vitio populorum.

S. Augustinus Serm. 18. de verbis Domini ostendit contra malas consuetudines oblectandum esse, & docet quomodo agendum cum iis, qui eisdem sequuntur.

Idem l. 6. de Civit. cap. 10. ostendit insanam, ac indignam eorum servitutem, qui pravis consuetudinibus oblectantur.

Idem l. 3. de Doctrina Christiana præstantissimas adfert regulas dignoscendi pravas consuetudines a bonis.

S. Chrysostomus Serm. 26. ad Populum Antiochenum invehitur contra superstitiosam consuetudinem, quæ eo in populo præreberat.

Idem hom. 66. in e. 27. Genesim docet pravam consuetudinem non excusare a peccato, alioquin omnia excusanda esse flagitia.

Salvianus de hac re passim verba facit; præsertim vero in libro de Providentia.

Pater Bonal ex S. Francisci familia de Observantia, eo libro, qui titulus est *Christiæ du Teu*, hoc argumentum salsum pertractavit in quarta parte operis sui.

A. Basilii.

C. Basilii.

C. Basilii.

P. Giroult in Adventu prætextu quinto sermonem habet de consuetudine, ubi docet multitudinem, & qualitatem eorum, qui consuetudinem instituunt, duos esse inanes prætextus.

Auctor sermonum in omnia Ethicæ Fidelis argumenta in Adventu habet hujus argumenti sermonem.

In Morali dictionario duos sermones, plurimasque considerationes invenieris.

Centuriatores hoc argumentum cum habituali peccato considerent.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

NON sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententia, ut a vero devies. Exod. 23.

Omnis caro corrumpet viam suam. Genes. 6.

Commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. . . . & factum est illis in scandalum. Pl. 105.

Quis consurgat mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem? Pl. 93.

Omnis declinaverunt, simul inutiles facti sunt; non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Pl. 13.

Ergo erravimus a via veritatis, & sol intelligentie non est ortus nobis. Sap. 5.

Interveniens tempore, convalescente iniqua consuetudine, hic error tamquam lex custoditus est. Ibidem 14.

Interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulante in ea. Jer. 9.

Leges populorum vanae sunt. Idem 10.

Intrate per angustam portam, quia lata porta & spaciose via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam. Matth. 7.

Ab initio non fuit sic. Matth. 19.

Vitium sceleris mandatum Dei propter traditionem vestram. Matth. 23.

Nolite conformari huic sæculo. Ad Rom. 12.

Nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei. 1. ad Cor. 11.

Non in pluribus coram beneplacitum est Deo. Ibid. 10.

Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem. Ad Galat. 1.

Houdry Bibl. Tom. I.

Quicumque voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus Dei constituitur. Jacob. 4.

Exempla ex Veteri Testamento descripta.

Nihil melius ostendere nobis valet potestatem, atque imperium consuetudinis in animos mortalium, quam Israelitarum exemplum, qui in Babilonicam abducti fuerunt captivitatem, qui non multo post in Assyriorum vitia, & consuetudines abierunt, ita ut illis commixti, atque confusi, & quamprimum exemplis eorum corrupti cum cupiditate postliminio revertendi abiecerint quodque pietatis sensus, quos cum ipso lacte hauerant, atque thus adoleverint Idolis eorum, inter quos versabantur. Tante difficultatis est propullare vim illam, quam consuetudo mortalium animis infert, qui plerumque id faciunt, quod ab aliis fieri conspiciunt, & qui, nisi peculiaris Dei gratia opituletur, nimis imbecilles sunt, ut obstantur contra torrentem consuetudinis, omnia secum late trahentem.

Israelitæ captivitate temporis in Assyriorum mores abierunt.

Noane mirum est, quod consuetudo dulcedinem quandam infuset iis etiam rebus, quæ omni probris sapore carent, & quas antea detestabamur? Hoc tamen apparuit in iisdem Israelitis, qui Ægyptia eruti captivitate, atque enutriti manna, quæ omne saporis genus complectebatur, & quam ideo tamquam suavissimam escam comedere debebant, illius nausea capti capas, & alia concupi-verunt, quibus in Ægypto assueverant. Sane dicendum est, consuetudinem quæ bruta ferocissima, atque ingenia magis indomita circuntur, immutare quæque temperamenta, antipathias, gustus, mentem, sensus, ac studia magis naturalia: & jure dicunt, hanc alteram esse naturam priori multo validiorem.

Deus etque auctores, & factores prave consuetudinis peccati.

Qui malas invexere consuetudines pravo exemplo, a Deo punientur citra quambet dubitationem: sed Divina iustitia minime parcat iis, qui pravis adhaeserunt consuetudinibus. Jeroboam impius Rex Israel fecit peccare populum suum, eique fuit scandali causa; ideo nomen illius maledictum erit in æternum, ejusque memoriam sacra Biblia execrantur. Meritas quidem ipse luit scelerum poenas: sed populus qui pravam ejusdem exemplum secutus est, aliquamne coram Deo peccati sui nactus est excusationem? Audite quomodo Deus ipse loquatur tertio Regum cap. 14. Post damnationem per Abdiam Prophetam contra Jeroboam prolata, quam totius domus ejusdem excidium subsuetum est; hæc addit idem Propheta contra populum, qui neclatium pessimi Regis exemplum fuerat secutus: *Et tradet Dominus Israel, propter peccata Jeroboam, qui peccavit, & peccare fecit Israel: propter peccata Jeroboam, quem in infidelis hic populus imitatus fuerat, tradet Deus universum Israel in potestatem hostium ipsius, ab ipsis penitus delendum, atque exterminandum.*

Diligenter perpendite omnia ultionis exempla, quæ Deus in mortales defecit propter eorum scelera, & iniquitates: ibique considerate, Deum semper, & vitiorum auctores, & eorumdem participes, & eos, qui consuetudini dederunt initium, & qui post illam abiere, pari poena multasse. In Diluvio universali, in quo infames illi Gigantes, illi potentes sæculi, omnes interiere, nunquid illi solum, quorum scelera magis erant insignia, debitas scelerum suorum poenas luerunt? Cum infames Urbes Sodoma, & Gomorraha conflagrarent, qui peccaverant solum, eo quod consuetudinem, & aliorum exempla secuti fuerant, evaseruntne eas flammæ, quibus alii fuerunt consumpti? numquid Pharaoh solus, ejusque Aulici, Consiliarii, Ministri, & Magi, Ægyptiis plagis fuere percussi? An vero populus omnis peccati particeps, fuit etiam supplicii locutus? Nonne omnis exercitus scelerum exemplum Regis populum Dei persequentis eodem fuit involutus naufragio? Nonne imbecilles animæ quæ ad aurei Vituli cultum sese rapi passæ fuerant, populi multitudine, & exemplo coactæ; nonne in ore gladii cæcæ sunt, atque fuerunt ex numero viginti trium millium, quorum lingua Filii Levi manus suas consecraverunt?

Matthie vitios prave consuetudinis resistis. 1. Matth. 2.

Ooo

Ci

Civitate; potes si vis Regis gratiam demereri; fac solum quod fecerunt omnes populi, qui permanserunt in Jerusalem; dignabitur ille te, filioque tuos sua gratia; evehetque domum tuam, & locuplectis munus decorabit. Quid? ego ne (clata voce Mafabias exclamat, ut audiat a populo) egone Dei mei legem infringam, ut Ethnorum superstitionibus heream? Licet gentes omnes Regi Antiocho obsequerentur; licet omnes Iudei id efficerent; quod ille jubet, ego, filii, fratresque mei non recedemus ab ea obedientia, quam legi Patrum nostrorum debemus. Generosus profecto sensus, quos nos ipsi debemus concipere; sancta, & ista verba, que illis reddere debemus, qui nos hortantur, ut prophanas consuetudines, moreque divinis legibus oppositos sequamur? Quid autem facis, ubi te ipsum excusare contendis ingenti eorum numero, qui te precesseant, & pertraxerunt post te, contra te ipsum adfers argumenta. Quid igitur faciendum est? Sinendum est, ut fideles Israëlitæ fecerunt, populum hæcere genua coram Baal, atque honor Dei Israel serventur. Retinquendam est quemadmodum Tobias junior precessit, ut adoratum turbe sacrilega impiorum Ieroboam Idolis adoleant thura; in vero in terram in Templum Domini secedat, eique preces effundat. Dixeruntque illi, quod olim Sapientis, & Sanctus Senex Eleazarus dixit, si Deum eoque legem prodero, potero quidem fortasse hominum accipere gratiam, eorumque evitare inimicitias, sed in me coelestem iram confido, nihilque mihi poterit adversus ultionem ejusdem. Mihi vero prestat potius ut ea secutus, que fallacibus hominum sententiis, perniciosisque consuetudinibus adversantur, eorum odium, atque contemptum subeam, quam decidam in manum supremi Judicis, cui nihil resistere poterit, & contra quem nulla humana potentia defendere poterit.

Exempla ex Novo Testamento desumpta.

NON extrema inter causas, propter quas Dei Filius in terras descendit, hæc fuit, ut omnino tollerentur, atque abolerentur consuetudines partim vitiosas, partim sacrilegas, atque nefarias, quibus antiquitas terrarum orbis diffusebat: non enim, ut Sancti Patres iniquum, nullus esse homo poterat, nisi simul & Deus esset, qui Judæis, atque Gentibus peraderet, aliter vivendum esse, quam viderent majores sui & aliter quam consanguinei, simileque sui inter quos nati erant, hæcenus viverent. Quælibet humane rationis nimis fuissent infirma, ut mortalium hominum sensus, & consuetudines immutarentur: infirmata virtus, divina auctoritas, verbo, hominis Dei requirebatur exemplum, ut hominibus antiquis aufererentur errores, ac inveniatur usus antiquarentur, & convellerentur vitia, que longo seculorum decursu abstant in consuetudinem.

Consuetudines malæ, consuetumque generis illa sint, contra Dei legem præscriptionis vim obtinere non possunt. Hæc fuit causa, propter quam Dei Filius olim Pharisæorum, legitime Sacerdotum nefariam redarguit consuetudinem; quam sub pietatis prætextu inveniunt, & que unam ex præcipuis decalogi legibus evertebat; ab usum videlicet, quem populo perfulerant conferendi ministris Templi ea que erant necessaria, ut parentes suos ad ultimam necessitatem redactos aliquo solatio reficerent; ita enim se nequam tenebant abstrahantur laborantibus operam ferre, & illud explere minus quod naturalis simul, & divini legi innoxium est. Adverte quoque quid illis JESUS CHRISTUS respondit: *Scriptum scriptis mandatum Dei propter traditionem vestram.* Matth. 23. O tristes Hypocritæ, quid contenditis hic usus, hoc consuetudo non proficitur a Deo, qui præcepit, ut parentes colerentur, atque totis viribus auxilium ipsis ferretur. Hæc talia est legis interpretatio ad futuram crudeliam avaritiam vestram excogitata; vestraque traditiones divini subrogatis imperio: *Scriptum scriptis mandatum Dei propter traditionem vestram.*

Regis dicitur, nec tolerare magis, quam permissum.

Legimus etiam apud S. Mattheum cap. 19. Pharisæos, ut Salvatorem tentarent, quondam, ex eo quævisse, licetne homini dimittere uxorem suam quocumque ex causa? cumque JESUS CHRISTUS explicitis Scripturæ verbis probasset hoc Dei præceptis opponi, & ab hominibus dividenda non esse, que Deus arte conjunxit: hæc si vera sunt; Pharisæiurgere coeperunt, cur ergo Moyses præce-

pit, ut viro integrum esset relinquere uxorem suam illi tradendo chirographum, quo eam se repudiari testaretur? Tunc vero Salvator respondit, propter duritiam cordis vestri hæc usus est indulgentia Moyses: *Etiam ab initio non fuit sic.* Ita quoque abusus pro legibus a nobis habentur, licet nec Dei, nec Prophetarum illis accedat auctoritas? Quæ æque esse continent, que permittuntur, vel potius tolerantur, solum quia nullam pati possunt remedium? Ut quamprimum hæc consuetudines antiquentur, quas alii statuerunt, vel ut convellantur, atque, quibus alii mordicus inhereere volunt; & que ad flagitia, & scelera aperiunt viam, ut debemus ratione, & exemplo S. Pauli, qui videns Christianos, qui erant Corinthi, perflere velle in ea consuetudine, vel iam insaturare, que vigeat apud istos, antequam fidem amplecterentur, sibi nec ulro citroque lites inferendi; totis viribus oblatum est ex recensendis malis, quæ ex illa consuetudine proficerentur, etiam tandem ostendens non esse fidelium morem, & insulam partem nisi in Ecclesia introduceretur. Quam feliciter hoc illi quæ hodierna die esset Christianissimus, hæc oppositum vel interdum vim suam sensisse servasset; sed consuetudo prevaillet, & hoc hodie malum est incurabile.

APPLICATIONES.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, in eorum consilio non fuit, & in cubiliis eorum non posuitur non sedit. Psalm. 1. S. Augustinus in hominum Prophetæ verbis ordine mysticum quoddam deprehendit, abiit, scilicet, scilicet. Primum enim in impiorum cetum abiit; ubi hic est primus quodammodo gressus, qui fit in laza ea via, de qua loquitur Evangelium. Secundum cum illis inquit consuetudo, eorum vivendi genus, & mores inquirimus, & illorum sententia sensum in mentem nostram pervadunt. Status nosse, genus, & nonnumquam in similitas; atque propinquitas nos cum illis contingentes, nobis afferunt, ut videtur, etiam inveniendi causam, atque ab eorum exemplis cavendum. Idcirco tantum abiit, quod contra perniciosos illorum sentis nobis cavendum esse putamus, quod immo in illis immorantur, scilicet; nobis placent, eos gustamus, eos sequi volumus; ea enim que jugiter ob oculos nostros versantur sentim cor ipsum pervadere; & spiritum in ea sectamur, que frequentius approbati videntur. Illud vero tandem eadem nostram abolvit, quæ hanc ipsam consuetudinem tantquam vivendi normam assumimus, & ab eadem non nisi cum gravissimis doloribus recedere possumus; in ea confirmamur, eam tuncquam quasi tantissimam aliquam fidem nostræ doctrinam. Desumptum ex Audite Sermonem in omnia Ethice Christianæ argumenta. Sermon. 14. Adversus.

Fac nobis Deos, qui nos præcedunt. Exod. 32. Israhelita ex Duce, a quo per maria, atque desertis in terram promissam deducebantur, petierunt idolum, ut ipsi visibiles proponerent Deos, qui præirent, & ipsos per ignora ea loca sequerentur. Populus ille, qui tanto studio in idololatriam forebatur, videre cupiebat duces, redtoresque suos, ne aberraret; sed in hoc ipso maxime errabat. Hæc enim visibiles Dei erant Idola, & duces, qui nequamquam præcedere potuissent; quos cæcos Duces si fuissent secuti, multo magis in interitum festinassent. At credere hodiernos homines plerumque Idolum sequi, ac visibilem Deum, qui cum S. Paulo vocari potest, Deus hujus seculi? Deus hujus seculi excocavit mentes infidelium. 2. Cor. 4. Hoc autem Idolum est consuetudo, & aliorum exemplum, quod quisque sequi vult ac sibi homini vertit, si illud sequatur. Inest hanc tanta illecebra, ut summam cum difficultate ab eo nobis cavere possimus. Ex Audite eodem.

Sicut exaltantur Cali a terra, sic exaltata sunt via mee a vis vestris. Isaia 55. Cum Spiritus Sanctus de consuetudinibus verba faciens illas vias hominum vocat, ideo hoc utitur vocabulo, quod nihil illis similis est, quam hujusmodi lata via, per quas iur, que omnes illic ire conspiciuntur. Præcedunt vestigia trahunt subsequentes quæ hæc duo carentur; alterum, quod qui errant, efficiere quidem possunt, ut trita sit via, non autem, ut recta; alterum hanc viam esse stratum, quia præteritum quilibet vestigia reliquit, qui cum essent

Malæ consuetudines vix sunt fallentes eos, qui sequuntur illas.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, ac sententiæ Sanctorum Patrum hoc in loco.

Exempla sunt, que esse jam facinora desisterunt, lenocinante ad vitia publica auctoritatis malo. Cypr. Epist. 1. Unde non jam vitium excusatio, sed auctoritas datur. Idem l. de Spectaculis. Consuetudo sine veritate, vestigia erroris est: velis ergo errore, sequamur veritatem. Idem Epist. ad Pompon. Homicidium cum admittunt singuli, crimen est; virtus vocatur cum publice geritur. Idem Epist. ad Donatum. Consensere jura peccatis, & capiti licitum esse quod publicum est. Idem ibidem. Dominus noster Christus veritatem se, non consuetudinem cognominavit. Tertull. de veland. Virg. Non prævalcat Evangelio, neque privilegium nationum, neque patrocinium personarum. Idem ibidem. Consuetudo initium ab aliqua ignorantia, vel simplicitate sortita, in usum per successionem corroboratur. Idem ibidem. Sanctitatis patrocinium infantium turba est. Aug. l. 6. de Civit. Consuetudo non debet impedire veritatem Dei. Idem in Pl. 30. Invadens omnia consuetudo pro lege observatur. Aug. l. de decem Chordis, c. 4. Peccata quævis magna & horrenda, cum in consuetudinem venerint, aut parva, aut nulla esse creduntur. Idem l. de Fide, Spe, & Charitate, cap. 8. Væ tibi flumen moris humani! quis resistit tibi? quando non sicaberis? Idem libr. 1. Conticid. cap. 16. Num aliorum peccata virtutes tue sunt? an malorum tuorum putas solatium, si multos tui similes habes? Hier. Epist. 48. Per diversa errorum diverticula ad viam multitudine revertimur. Idem. Viri cum paucis, ut cum paucis inveniri mercaris in regno Dei. Cassian. l. 4. Inlitt. Ad negligentiam vite non negligentiam turba non persuadent; nec ad damnum proprie salutis, alieni ducamur erroribus. S. Eucherius, Epist. ad Valer. Quid nobis in illo Dei judicio proderit multitudo, ubi singuli judicabuntur? Idem. Attendis quid alius faciat, non quod Deus te facere jubet; metris te comparatione peioris, non vita melioris. Bernard. Debet nos iudicium veritatis docere, non privilegium consuetudinis. Idem. Non tam bene cum rebus humanis agitur, ut meliora pluribus placeant. Seneca, l. de beata Vita, cap. 2. Inter casus malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componimus, sed consuetudine abducimur. Idem Epist. 123. Recti apud nos locum tenet error, ubi publicus factus est. Idem Epist. 58.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologie, atque Ethice Fontibus hauriri possit ad hoc argumentum.

Consuetudo generatim sumpta est jus quoddam moribus populorum invecutum, quod transit in legem, & vim legis obtinet, ubi peculiari aliqua in occasione lex ipsa deficiat. Hanc tradit definitionem Gratianus dist. 1. cap. Consuetudo. Eam paucioribus verbis S. Augustinus definit, cum ait, illam esse consensum multarum personarum simul viventium, eandemque vivendi rationem habentium, que temporum successione id facit, quod usum vocamus. S. Thomas, alique Theologi, eam inter leges recentem, eique legis nomen tribuunt; & quemadmodum hoc jus est non scriptum, & quod usus unice docet, sensum instituit non vi aut minis, sed libero populorum consensu, qui eadem sese accommodant primum & mox unanimi voluntate conformant. Quibus S. Thomas 1. 2. q. 97. art. 3. ad 2. & 3. addit, humanam legem, de qua hic questio est, non solum per consuetudinem

Quid sit consuetudo, & quid per illam intelligatur.

primi, æque semitam ignorabant, ac illi; qui subsecuti sunt. P. Bonal. Sicut in manu forti erudit me, ne irem in via populi hujus. Isaia 8. Hoc est, Deus forti, electaque sua gratia me servavit incolomem ab eo malo, in quod me præcipitem egisset idololatriæ populi societas, atque diutior incolatus in ea gente, cujus vi perverisset, ac nefarias consuetudines me pertraxissent: nam perinde ac sola vox sufficit non esset, ut me illic averteret, omnem brachii virtutem adhibuit. Verum ea, que adduntur a Propheta, apertius adhuc indignant ferme insuperabilem difficultatem pravæ consuetudinibus obstanti, vel eisdem abdicandi, ubi post illas semel abierimus: omnia enim, que loquitur populus iste, conjuratio est. Publicus consensum videtur societates omnes in tot conjuratum manus immutasse, que simul contra rectam Domini viam coaluerunt: propinqui, amici, quales, & qui supra nos sunt, simul conjurata videntur, & teneant, ne offendant, ne nos sequi permitterent, nisi latam viam, que ducit ad mortem.

Etiam omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Matth. 26. Hæc verus fidelis dicere debet non spiritu presumptionis, quemadmodum ea protulit S. Petrus Apostolus, pridie cum JESUS pateretur; sed sensu christiane generositatis, & illius fidelitatis, quam debemus Domino, cui famulamur. Etiam mortales omnes, Domine, te deserent, & uniusque consuetudinis torrente raptus latam sequerentur viam, que ad mortem, & damnationem adducit, ego unus huic torrenti obiter, neque multitudine abripi sinerem. Ita licet omnes sancta in jocum traducerent, vel in cœcibus proximi existimationem discepterent; ego unus contra adeo perniciosam consuetudinem obstantem. Quamvis conficerem omnes homines ad periculosa spectacula consuetudine, in alia, mundanisque solatiis temere terere, ego illos pro viribus avertam, atque tibi fidelis adherere persisteram. Licet unus partes tuas sequi debere, licet ab omnibus contemni, atque increpari, constant heredo, neque patiar, ut secum me consuetudinis impetus rapiat: etiam omnes scandalizati fuerint in te: ego nunquam scandalizabor.

Non legem habemus, & secundum legem debet mori. Joannis 19. Hoc dixerunt Judæi rabie, ac furore perciti contra Deum Filium, Pilatum coarctati, ut morti adjudicaret illum, quem tamquam nocentissimum ad illius Tribunal pertraxerant. Hoc ipsum plerique Christiani hodierna quoque die dicunt, nisi ore, saltem corde: se habere consuetudinem vim legis habentem, secundum quam Salvator mori debet. Cum enim illi, qui in luxu, & voluptatibus mollem vitam ducit, dico hanc vivendi rationem esse Evangelio contrariam; consuetudinem hanc, vel hunc usum obesse conscientiæ; ideoque Filio Dei mortem inferre; quandoquidem quodlibet mortale peccatum causa est dolorum ipsius, cruci ejus inscripta, eique auferit aliud vite genus, quam divinus hic Salvator habet in animabus nostris per gratiam: frigidè respondebit hanc esse consuetudinem; hodierna die non aliter vitam agi posse; faciendum quod alii faciunt; sibi non esse reformandum mundum, neque præscribendas illi novas leges, sed potius sequendas illas, que in usu sunt positæ: Nos habemus legem, & secundum legem debet mori. Perverius hic mundus quam plurimas habet id genus leges, hoc est consuetudines, & agendi modos, qui Filio Dei inferunt mortem; quandoquidem totidem sunt consuetudines noxiæ.

Secundum legem nostram debet mori. Cum ex ea matre mundana, ac parum devota quæro, cur velit, ut ipsius quoque filia iidem vestigiis insinat; ex hoc patre ambitioso, negotiis dedito, Dei metu carente, voluptatum, atque societatum cupido, cur velit filium quoque suum similiter agere: ex falsis amicis, qui ferre nequeunt quod aliquis habetis sapiens in virtute persistat, ex quo illius nacti sunt amicitiam; nonne satis est, si ipsi tantum damnentur, quin velint, ut filius etiam, filia, & amicus iidem supplicis adiciantur? Reddend; non legem habemus, & secundum legem debet mori, &c.

Crudelitatis, & iniquitas mundi volentis non parit, que quædam legem suam in omne loqui.

Malæ consuetudines vix sunt fallentes eos, qui sequuntur illas.

immolari posse, vel interpretationem suscipere, sed consuetudinem posse quoque vim legis obtinere: cum enim est honesta, atque a Principe tolerata declarat, ac sufficienter prodit legislatoris voluntatem, & mox potest interpretari legem, eamque usu contrario abrogare.

Cum mores esse possint vel boni, vel mali, vel neutri, possunt etiam in tres species distingui. Quaedam sunt consuetudines sanctae, laudabiles, atque utiles Reipublice; quaedam etiam, a quibus abhorretur citra peccatum non possumus, licet veteri tantum traditioni, atque immemorabili sint innixae; aliae vero, a quibus rationabiliter abhorretur non possumus, si inter homines vitam ducere volumus. Ita Jurisprudencia suas consuetudines habet; societas civilis suas; omnia regna, nationes omnes, omnesque fere civitates suas, quae subditos obligant, & eos, qui ibi sedem suam collocare statuerunt. Non desunt etiam neutrae consuetudines, quibus opera pretium est sese conformare ad evitandam adfectatam singularitatis exprobrationem; aliae vero sunt malae, & perniciose, quas nec recta ratio, nec publica utilitas, nec bonus ordo Reipublice, nec certa vite necessitates inveniunt: consuetudines modo profectae ex populi caecitate, modo ex morum nequitia, modo ex pernicioso exemplis, modo ex quibusdam dispensationibus, quae interim afferunt & iis a quibus permittuntur, & iis, qui illas sequuntur. Haec illae sunt nefariae consuetudines, contra quas Concionator zelum suum exercere debet, & de quibus unice in hoc tractatu sermo est.

Pravum consuetudinum causae.

Pravum harum consuetudinum causa ad quatuor praecipuas redigi possunt. Prima est, pravum eorum exemplum, qui in honore sunt constituti, & aliqua auctoritate insigniti. Profecto cum illi seipsum a legis dispensant, vel sibi permittunt aliquid contra bonos mores; exemplum eorum, cuius eo major est vis, quo magis illi suspiciuntur, aliis praebeant ansum hoc ipsum faciendi, ita ut illos imitantem multitudinem brevi intervallo publica fiat consuetudo. Altera est populorum assentatio, qui ipsa eorum vita imitantur, a quibus reguntur: vel etiam inter pares, qui alios offendere nolunt, cum quibus vitam ducere tenentur, eorumdem moribus sese accommodantes, & ab aliis inveciam consuetudinem confirmantes. Tertia est natura nostrae corruptio, atque insitum illud studium, quo homines in malum rapiuntur: placet enim intueri ex aliorum exemplo sceleribus nostris auctoritatem accedere, cumque vicissim exemplo nostro aliena vita confirmemus, ea particulari consuetudine, quae illuc obrepit, & ex alia quae insitum invenitur, tandem consuetudinem efficiamus generalem. Quarta est Magistratum hac in re dissimulatio, & tolerantia: inertia, quae saepe populum immittit in iis, quorum est efficere, ut leges serventur, ac sedulo invigilare actionibus publicis, ut omnia flagitia tollerant. Saepenumero enim usque, ut Ministri, quos populi reverentur, ac metuent, Principum quidem, & Reipublicae negotia diligentius curent, non autem Dei; ita ut, quin ipsi pravum tribuant exemplum, de quo hoc in loco non agimus, & licet per se irreprehensibiles sint, tamen corripiendi sint propter eam indulgentiam, qua patiuntur nefarios usus, & eas consuetudines obrepere, quae tantum, & bonis moribus, & Religioni afferunt detrimentum. Neque ambigendum est quominus coram Deo propter simplicem omissionem, & curae defectum sint aequo nocentes ac illi, qui ad actionibus suis hos abusus, & has consuetudines invehunt. Cum vero qui sanctiori auctoritate insigniti sunt, propter incuriam aequalia in genere sunt mala, quodnam iudicium debent praestolari?

Quomodo fiat consuetudo.

Consuetudo non tota simul, neque eodem temporis momento invenitur, sed paulatim ac temporum successione, quod ipsum consuetudinis vocabulum satis indicat. Itaque actio prima, licet publica, atque populi totius consensu facta, & in qua plurimi interfuerunt, dici quidem potest insitum consuetudinis; ac consuetudo hac nondum est eliformata, donec per tempus, & usum receptum fuerit, quod fuerat inceptum. Sed cum aliquis primum praebeat exemplum, alter illud sequitur, & imitatur, alii deinde his primis adherent, & populus quin perpendat, quo trabatur, sese duci finit, & ea via graditur, qua ipsum naturale rapit studium. Ita generalis consuetudo, quae non aliud est nisi continuatio particularium actionum uniuscu-

jusque, statuitur, & roboratur; ut quod evitare non posset censoriam notam, atque vituperationem eorum, qui virtute, rectoque sensu iuri praediti, si semel tantum vel tantum a non factum fuisset, tandem generaliter adeo receptum fit atque approbatum, postquam saepe, & diu hoc ipsum multi fecerunt; ut sapientes illi vixi, qui, cum malum oriretur, illud iura imitari videbantur, vel alii non minoribus virtutibus insignes, qui in eorum locum successit, vellent adhuc advertari malo, quod iam pedem fixit, non videantur amplius audiendi.

Docet experientia, inter veras leges, eas, quae consuetudines irrogaverunt, fortiores esse, atque diuturniores illis, quae in tabulis tantum descriptae sunt; & idem dici potest de vitis, publicisque liberibus, quae temporum successione in legem quodammodo transeunt. Hinc fit, ut quavis Ecclesia neququam censuras intendant, invehantur Concionatores, bonique viri conquantur, & gemant, videmus tamen pessimas consuetudines, turpes Ethicae licentiae reliquias, quae inter fideles sese perennant. SS. Augustinus, Ambrosius, & Chrysostomus conquerebantur de quibusdam temporum suorum consuetudinibus, quae insperationem redolebant, qualis hodie quoque est bacchanalium licentia; quidam ludi, & quaedam spectacula, quae nulla vel secularis, vel Ecclesiastica lex poterit abolere, & quae post tot saecula ad nos usque pervenerunt.

Gravissimum damnum, quod prava consuetudo adfert, non illud solum est, quod plurimum peccatorum est causa, verum error est, & falsa persuasio, quam in mentibus nostris relinquit, nos factis esse excusatos, cum illam preterimus. Mira profecto caecitas, quae efficit, ut saepe infringantur Sanctissima Christianissimi leges sine ullo metu, immo etiam sine ulla religione; quae nemo fere tenet, ut eas servare leges, quae servantur a nemine; neque nemo persuadere sibi potest, se peperam agere id agentem, quod ab aliis agi intuetur. Ita consuetudo quamvis mala, atque flagitiosa, fit norma plurimorum, qui crata cupiditate non aliud vitae genus agnoscunt, quam quod suis oculis videntur; cum interim alii, qui melius has ipsas res dignoscere possent, si eorum curam gerere dignarentur; quin diligentius revocent ad examen, utrum consuetudo illa bona sit, an nefaria, satis esse praevident scire hanc consuetudinem esse, ne sibi licere credant eandem sequi; cum non aliam excusationem praetexere possint, quam hanc ipsam consuetudinem, quae ipsorum faveret libertati.

Cum sermo est de veteri consuetudine, atque antiquis traditionibus, Ecclesiasticae a popularibus sunt distinguenda; nemo enim animo concipere potest, quot errores, sententiae erroneae, superstitiones obreperint, atque vixerint in rudi populo, qui narratiunculas ficticias, meraeque fabulas putat esse constantes veritates, quas alii quidem a patribus suis acceperunt, alii ad filios suos transmittunt. Quod autem pertinet ad consuetudines Ecclesiae; quin verba faciamus de veritatibus fidei, quae nostri argumenti non sunt; illis omnino nosmet conformare debemus. Quodsi in iis quae ad mores pertinent, illa nonnunquam indulgentia ulla est, & cum filiis suis quadam utitur suavitiate, notandum tamen est, ab illa nunquam approbatum fuisse, quod nefas est; & si quando toleravit crimina quadam, neque adeo severe in quosdam abusus animadvertere perseveravit, ea causa fuit, quod illos prohibere non poterit, vel quod in rem minime consuevit omnem legem suam severitatem impedire ad illos coercendos, verita ne majus aliquid malum sequeretur. Verum tamen ea possessio, quam nos affectus arbitramur sub hoc praetextu crimina eadem committendi, criminibus ipsis nullam auctoritatem impertit.

S. Augustinus hac in re sapientissimum suppeditat monitum, cum ait, ubi de fide agitur, nobis non esse recedendum ab illis, quae generantur in fidelium consuetudine posita esse cognoscimus: Multitudinis credentium desertor; idque Ecclesiae praeceteris me submittit, concludit ille, populorum omnium auctoritas, atque consensus; Tenet me consensus populorum. Verum enim vero si bonum est credere, quod plures credunt, saepe bonum non est agere, quod plures agunt; & in praxi solum veritatem sequi debemus, ut docet S. Bernardus, non autem fallax privilegium, quod mundus multitudine-

Populatio consuetudinum vis imperianaque.

Differencia inter haec consuetudines, & populares consuetudines.

ni tribuit, & quo cum gravissimo periculo abutimur: Dites non iudicium veritatis ducere, non privilegium consuetudinis. Hoc est quin rationem habeamus eorum, quae a mundo sunt, ea solum investiganda sunt, quae sunt faciendae, eaque, ubi cognita fuerint, omnino facere, licet ea facientes ne unum quidem sectatorem simus habituri.

Ad hac animadvertendum est tamquam maximum in hac materia principium, tantum abesse, quod ingens numerus, qui consuetudinem efficiunt, vitae nostrae normam praescribere debeat, quod immo e contra Dei Filius in Evangelio multitudinem semper reprobrationis characterem apposuit. Commune principium est, frequentiores vias esse etiam tutiores: quod si ubique alibi verum est, ne illud quidem in salutis negotio, & in iis quae ad Coelum spectant, verum non est. E contra via, quae ducit in Coelum, ardua est, ac numerus eam ingredientium sane exiguus: ea autem via, quae ducit ad interitum, quam lata est, & quot mortales terunt illam? Pro multitudine vero illorum, qui in lata via currunt ad interitum, nequaquam intelligendi sunt soli infideles; sed Filius Dei innuere vult inter ipsos etiam Christianos, ac in Ecclesia vera longe plures esse, qui latam ingredientium viam, insillere volentes consuetudini, & sequi eam multitudinem, a qua eadem consuetudo formatur.

Consans quoque est apud Theologos principium, consuetudinem quantumvis antiqua, & universalis illa sit, obesse non posse legi naturae, quae prima, atque vetustissima legem omnium est, & quam Deus digno suo humanis cordibus insculpsit, quae recta est, certa, atque invariabilis: unde sequitur etiam non posse ulla re deleri, abrogari, aut corrumpi. Itaque quodcumque huic legi adversatur, iniquum, & iniustum est, neque licere unquam potest. Consuetudo igitur, quae aliquid vellet invehere contra rectam rationem, & naturalem aequitatem, nunquam esse recipienda, & si qua humilior invenitur, quae apud barbaras gentes invaluerit, inde iudicium ferendum est illis rationis lumen vicio ademptum fuisse. Hoc ipsum dicendum est de divinis legibus, quae cum rogatae fuerint ab auctoritate humanae cuiuslibet auctoritati superiore, atque a suprema ratione profectae, nulla consuetudo, & nulla creata potentia illis potest derogare.

Quamquam Principibus jus sit leges ferendi, atque efficiendi, ut semel latae observentur, & S. Paulus non moneret Dei imperio resistere eum, qui legitimum potestatis resistit: cavendum nihilominus est, ne hoc principio abutimur, ut sequamur nefarias consuetudines, quibus illi fortasse locum praebere poterunt, vel quas ipsi probare videntur. Duo enim distinguenda sunt in iis, qui sunt in dignitate constituti, & a quibus pendemus; eorum videlicet auctoritas, & vita; quarum alteram quidem vereri debemus, alteram vero nequaquam sequi fas est. Iure quidem exigere possunt obedientiam, & iure non possunt efficere, ut mores suos subditi imitentur; & cum divinitus iubeamur explicito eorum obsequio imperari, saepe e contra prohibemur illorum exempla imitari.

Lex Sancta abrogari non potest per consuetudinem non sanctam; viget illa, quamvis abusus plurimi ipsam impugnent; & nisi vis, quam servat, operatur salutem, vel sanctificationem hominum, ambigendum non est, quominus eorum damnationem non operetur. Nisi continet aliquem articulum divini juris, vel aliquam legis naturalis obligationem; si licet sacra ex eorum numero sit, quae mutari possunt, neque versetur circa eam materiam, quae fit aliquo magni momenti, ita ut nihil mali accidat, nisi servetur; sequi possunt consuetudinem, quae illis obtinerit locum ex consensu auctoritatis, cuius est hac omnia regere. Sin autem cum hujus generis sit materia, tamen gravis est momenti, sed laudabilis fuerit abrogata consuetudine, quae bonum gignit per illi, quod constantissima legis hujus observantia parere poterat: tunc etiam consuetudini ita receptae jure deservit. Verum si ex legis extinctione mala oriuntur, publica scandala, & gravior incommoda; certum eo in casu abiciendam esse consuetudinem; & habendam tamquam abusum, atque corruptionem; & quamvis hinc faveant, & tempus, & numerus, & qualitas eorum, qui ipsam tenent; nihil tamen posse contra legis ejusdem auctoritatem. Alioquin sequeretur, ut ipsa etiam mala licita fierent, cum in

Numerum sequi in moribus est sequi viam laetam.

Principes neque licite possunt, atque probare malam consuetudinem.

communi consuetudine inveniuntur; & lex quovis usus genere deleteretur, quae quidem esset omnium confusionum gravissima.

PARAGRAPHUS VI.

Deleat ex Affectibus, & recentioribus Contententioribus loci hujus argumentum.

Facile nobismet persuademus consuetudinem prava receptam, & diturno usu constitutam esse fidelem interpretem, vel justam legis exceptionem. Quis enim ignorat gravissimas quaslibet transgressiones, ubi semel in consuetudinem abiit, pro privilegiis haberi? Ita eadem vi, qua ferocissimae bellae ciculantur, & difficillima quavis facilia fiunt, atque eventus magis inveniunt admirationem amplius non afferunt: vi eadem diturna, & generalis consuetudo videndi mala, quae patrantur, eum pudorem auferit, qui peccatis adhaeret, suffocant conscientiae stimulos, sensus pietatis extinguit, atque gravissima quaeque peccata nobis efficit familiaria; juxta S. Cypriani Epistolam ad Donatum sententiam: Consuetudo peccati, & capiti licitum esse, quod publicum est. P. Bonal in libro cui titulus, le Crime de la Teme, parte 4.

Cum generalis consuetudo non aliud sit, quam continuatio eorumdem actionum particularium, quas saepe, atque diu ingens personarum numerus exercuit: accidit, ut quod improbaretur, atque redargueretur, si semel tantum, & ab uno factum fuisset, tandem, & laudetur, & approbetur, ex quo & sapius, & a pluribus factum fuerit. Ita donec caedes in usu erant apud barbaros tantum, efferatque populos, infrequens erant, & habebatur tamquam gravissima contumelia humanae societati illata, & tamquam usurpatio contra auctoritatem Dei, qui unus supremus est vitae omnium hominum Dominus. At ex quo nobiles Viri sublimem gloriae verticem in nequissima gladiatorum exercitatione constituerunt, caedes factae esse fere unice virtus Nobilium, qui praclare gestas has res ex singularium certaminum numero censent. Ita res eadem, quae naturam mutant, mutant non nomen, & quae erant unus saeculi vitia, fiunt virtutes alterius. Post haec, dic si lubet, nos caecos non esse, qui non videamus eam rem, cui praeceteris plurimum desideramus, sub consuetudinis nomine non aliud esse, quam congregationem ignorantiarum, errorum, vel scelerum plerorumque mortalium. Certum est enim, si qualesvis actio leorim, ac diligentibus, juxta legis rigorem ad examen vocaretur, damnari mereretur, & severissima poena muldari. Attamen si abusus hujusmodi summatim considerantur, & habentur tanquam dispensationes, vel praescriptiones contra legem eandem, quasi multitudinis jus inesse mutandi rerum qualitatem; quasi postea tempus profanas res consecrare; quasi Dei iustitia cum peccatorum multitudine pacificeretur, neque peccatum puniret, nisi cum solum invenitur; quasi tandem quod olim iniustum, atque illicitum fuit, non esset amplius, ex quo impiorum numerus numerum bonorum excedit. Idem.

Ex quoniam compositam esse putas consuetudinem hominum, nisi constata est ex consuetudinibus singulorum? Quid publicum usum efficit, nisi plurimorum particularium usus; nos quoque cum exterius pravis christianis remissionibus nostris confirmamus aliquid ad eos instituendos abusus, qui late grassantur. Quis igitur nobis reliquis est praetextus ut nostrum vivendi genus excusantes aliorum vivendi nostrum proferamus; quandoquidem alii similes actiones nostrae, & ipse ex eorum numero sunt, quae simul collectae efficiunt publicum malum, quod consuetudo, mos, tempus, mundus vocatur. Hinc reciproca illa sunt revolutionis corruptio, quae orbiculari motu semper it, reditque; nos imitatur alios, nos alii imitantur; & quid nos facimus, quod nefariae alicujus actionis, vel exemplar non sit, vel imitatio? Publica exempla non ipsos corrumpunt, ac personalia exempla nostra publicum vitiant. Perennis est primorum ad secunda, secundorum ad prima reciprocus zelus. Quis nescit pelagus repleri fluvii sese in illud exonerantibus, hos vero vicissim ex maris ejusdem sinu recipere aqua suas, cum illud secretis canalibus tantum subitis terram sese exoneret, quantum supra repletur? Dic etiam potest, universum genus humanum nullum habere flagitium, quod nostrum quisque non at-

Prava consuetudo facile recipitur.

Quid faciat consuetudinem, & unde haec praescribat.